



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 12. Terram benedictam non solum Christi, sed etiam Matris eius figuram  
extitisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

illa verè sancta, vereq; sit benedicta? quare  
 diuina bonitas, non inquilinis dedit dun-  
 taxat, sed etiam largita est peregrinis.

## §. XII.

*Terram benedictam, non solum Christi, sed  
 etiam Matris eius figuram extitisse.*

- Quemadmodum etiam aliam terram  
 benedictam, cuius illa pariter figura fuit:  
 nempe illam, cui dictum est: *Benedicta tu  
 in mulieribus*; itemque: *Benedicta tu inter  
 mulieres, & benedictus fructus venteris tui.* Nul-  
 la vnquam terra fuit fertilior, quàm que  
 protulit, de radice Iesse, IESVM Nazarenis  
*floridum* illum, & florem omnipotentem  
 florem sidera, mundi que regna omnia o-  
 dore suo recreantem: & *plenitudo à fru-  
 ctibus illius.* Quippe cum & in escam sit, &  
 in medicinam. Qua de causa, *Medicina  
 eius, nihil est salubrius. Nec mirum, ipsa me-  
 dicum genuit, ipsa medicinam generis humani  
 ex se produxit.* Vnde scriptum est: *Germine  
 terra herbam virentem, secundum genus suum  
 id est, Maria Christum hominem, qui animam  
 corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est.*
- Luc. i. 28. & v. 42. *Item expressius in Ecclesiastico; Altissimus  
 terra creauit medicinam, id est, ex carne Ve-*
- Eccli. i. 20. *Et plenitudo à fructibus illius.*
- Cæsar. lib. 5. c. 15. *Qua de causa, Medicina eius, nihil est salubrius. Nec mirum, ipsa medicum genuit, ipsa medicinam generis humani ex se produxit.*
- Gen. i. *Vnde scriptum est: Germine terra herbam virentem, secundum genus suum id est, Maria Christum hominem, qui animam corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est.*
- Eccli. 38. *Item expressius in Ecclesiastico; Altissimus terra creauit medicinam, id est, ex carne Ve-*

ginis Marie Saluatorem. Iesus interpretatur Saluator, siue Salutare; quia Saluator medicus, & salutare medicina est. Quod Maria terra sit, testis est Isaias, qui dicit: *Aperiat* terra, & germinet Saluatorem. Quod de hac terra sit, idem Propheta dixit, in persona Patris: *Ego Dominus creavi illum. Et Apostolus dicit, eum factum ex muliere. Quid ergo mirum, si apud ipsam sunt medicamenta sanitarum, quæ hortus est aromatum? Considera Rupem Amatoris (templum est) & alia loca in honorem ipsius dicata, & non miraberis, si parata fuerit ad medendum, & efficax ad sanandum. Eiusmodi templa nomine Dei Matris sacrata passim sunt in Bauaria, & tota Germania; vt de Laureto & Italia, Gallia, Hispania nihil dicam; in quibus terra ipsa & locus, diuinam quandam virtutem accepit, sanandi morbos, pellendi spiritus immundos, varijsq; malis pressos leuandi, vt merito possit terra benedicta, terraque sancta nominari, à terra illa promissionis multis retrò seculis significata. Quamobrem exitium mortalibus beneficium à Deo datum est, in illa terra, quæ fuit benedicta fructuum vbertate, Christi sanctitate, Matris Christi imagine; quin & repræsentatione cælestis*

Isa. 45.

Gal. 3.

Cant. 6.

Tertul-  
lian lib.  
de cult.  
femin.

stis patriæ, quæ est terra viuentium, terra  
benedicta, terra promissionis, terra sancta  
& Sanctorum. Hæc aut ignorantes simpli-  
ter, aut dissimulantes audacter, vt Tertullia-  
nus loquitur, Conditorem traducunt, qua-  
si homines è Paradiso transuenas, omnes  
ad Caucasum relegarit.

### C A P V T XVII.

*Etiam alias terras bonis, & laborem non  
fugientibus bonas esse.*

§. I.

*Sapientissimè factum esse, vt non omnia sint  
in vno loco.*



Esse ita, vti diximus, indubitatè  
fatebuntur, quicunq; diuinis lit-  
teris credunt. Sed obijcient, Non  
esse omnem terram sanctam, neq; omnem  
posse, ab ea felicitate, vocari benedictam:  
Vt igitur, inter hirundinem & lusciniam,  
ita & inter terram & terram discrimè ma-  
gnum interuenire. Aliter enim vitam in  
Tibure, aliter in Sardinia agitari. Saxos  
esse, plurimis in locis, agros; arida prata,  
solum sterile; paludosos campos; arenosos  
regiones; irritò labore in cautibus semi-  
nari. Et ibi quoque, vbi pinguis est gleba  
nihil